



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 26. Binæ propositiones a Facultate Parisiensi proscriptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. Jansenii dogmata ejus nomine tanquam
 A.C. 1653 Catholica Romæ coram Papa pro ar-
 & foci propugnarunt, statim ac dam-
 nata fuere, ea in Jansenii libris minima
 reperiri spargebant, simulque querebantur,
 quod Papa harum quinque propositionum sensus non
 distinxerit, nec indicavit, in quo sensu illas
 damnavit, ac insuper Papa has propositiones
 Jansenii libro depromptas esse asseruerunt,
 cum tamen in illo nec quantum ad verbum
 nec quoad sensum hæreticum, in quibus
 eas damnavit, reperiantur.

§. XXVI.

*Binæ propositiones a Facultate Parisiensi proscrip-
 tæ.*

*Argentre
 l. c. p. 272.*

Præterquam quod Facultas Theologica
 Parisiensis die prima Februarii necnon etiam
 Parisiensis Archiepiscopus, æque ac Parlamentum
 quemdam librum, cui titulus: *Chronicon, seu con-
 tinuatio chronici Ademari Engolismensis
 cum additionibus Fratris Petri a S. Remo
 mualdo Fulienfis* proscripisset, eo quod
 in hoc libro, quod Papa Reges exautorare
 posset, a Gregorio VII. & Pio PP. definitum
 diceretur: insuper eadem Facultas die decima
 septima Decembris a Facultate Theologica
 Remensis rogata binas propositiones damnavit

cum enim Franciscus Fouet, Canonicus Sæc. XVII.
 Regularis S. Augustini in Abbatia S. Dion- A. C. 1653.
 nyſii Remenſis Philoſophiæ Profeſſor

per Thomam Bergerum pariter Cano-
 nicum ac Diſcipulum ſuum inter alias
 propoſitiones in publico literario cer-
 tamine binas has Theſes die decima
 tertia Auguſti propugnaffet, & quidem
 I. *Quamvis fateamur, ad libere operan-
 dum non ſufficere libertatem a coactione,
 ſed præterea requiri libertatem a neceſſitate
 pure naturali & cæca.*

II. *Nihilominus tamen fidenter aſſerimus
 cum Divis Auguſtino & Thoma, & omni-
 bus Catholice ſentientibus, neceſſitatem vo-
 luntariam non officere libertati.*

Non pauci pietate ac doctrina ce-
 lebres Viri has propoſitiones in fide ſu-
 ſpectas ac cenſuræ obnoxias eſſe cen-
 ſuerunt, remque ad Metropolitanæ Ec-
 cleſiæ Præpoſitos detulerunt. Hi ergo
 die decima ſexta ejuſdem Menſis Fa-
 cultatis Theologicæ Remenſis Docto-
 res interpellabant, ut in comitiis ſuis
 mature has theſes diſcuterent, & de-
 ſuper ſuum ferrent iudicium: Die igitur
 vigefima octava præfati Menſis conve-
 nerant ex his Doctores omnino vi-
 ginti quinque, ex quibus decem cen-
 ſuerunt, has propoſitiones nullatenus
 eſſe erroneas, ſcandalofos, vel in fide
 ſuſpectas, minus vero ſummorum Pon-
 tificum

Sæc. XVII. tificum Bullis, & nequidem Inno-
 centii X. Constitutioni adversas, sed po-
 A. C. 1653. tius veterum Patrum & Theologorum
 doctrinis SS. Augustino, Bernardo, Tho-
 mæ & aliis consonas: cum autem hoc
 judicium nonnisi a minori Doctorum
 numero fuisset pronuntiatum, ceteri
 ex comitiorum loco discesserunt, qui
 suam desuper proferrent sententiam
 rati, absdubio alium conventum, in
 quo tanti momenti negotium longe ma-
 turius discuteretur, esse celebrandum
 interea tamen inter Doctores plura pri-
 vata oriebantur dissidia; præprimis
 enim Franciscus Faber ejusdem Facul-
 tatis Doctor & præfatæ Abbatiæ Prior
 Syndicum, aliosque nonnullos Docto-
 res, ne sua ferrent suffragia, præpedi-
 vit, obtendens, eorum integritatem
 sibi esse suspectam: ceteri autem Docto-
 res postulabant, ut hic idem Prior, eo-
 quod ipse in suo Monasterio has the-
 ses propugnari jussisset, ab hoc Facul-
 tatis conventu abesset, ceterisque Do-
 ctoribus suas sententias circa has the-
 ses proferendi libertatem relinqueret
 potiusque consentiret, ut antiquiores
 magisque versati Facultatis Theologi
 nominarentur, qui pro temporis op-
 portunitate has propositiones examina-
 rent & in proximo Conventu desuper
 referrent: Verum hic Prior a decem
 Docto-

Doctōribus, quos sibi conciliāverat, Sæc. XVII.
A. C. 1653.
 mox has theses confirmari petiit, ob-
 tinuitque: Nihilominus Metropolitanæ
 Ecclesiæ Præpositus alii que rursus Facul-
 tatis Theologicæ Doctores Decanum ro-
 gârunt, ut die decima tertia Septembris
 illas exacte, lente, ac mature per quos-
 dam Deputatos Doctores examinari cu-
 raret, horumque iudicium postea de-
 nuntiaret, quin tamen ullus ex Facul-
 tatis Doctōribus a jure suffragii ex-
 cluderetur.

Ad horum igitur preces Facultas
 Theologica Remensis die decima quinta
 Septembris sex Doctores nominabat,
 qui præfatas theses sedulo examinarent,
 & si quid in illis censura dignum re-
 perirent, in proximis comitiis Facultati
 referrent. Hi ergo post maturum exa-
 men unanimi suffragio censuerunt, quod
 „prima propositio, quatenus ad libere
 „operandum, præter libertatem a co-
 „actione, non aliam requirit liberta-
 „tem, quam libertatem a necessi-
 „tate pure naturali & cæca, sit
 „temeraria, scandalosa, & in fide su-
 „specta; utpote restringens Decreta
 „summorum Pontificum Pii Quinti, &
 „Gregorii decimi-tertii, hanc trigesi-
 „mam nonam propositionem, in eo-
 „rumdem Bullis relatam, condemnan-
 „tium. *Quod voluntarie fit, Et si in ne-*
 „cessi-

Sæc. XVII. „*cessitate fiat, libere tamen fit, & Innocentii decimi, in Bulla nupera, super*
A C. 1653. „*quinque propositionibus condemnatis*
 „*Anathemate percutientis tertiam hanc*
 „*propositionem. Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.* His enim Decretis censuebant hi Doctores, summi Pontifices, ad libere operandum, excludunt a voluntate omnem necessitatem libertati contrariam; prædicta autem positio solam excludit necessitatem pure naturalem & cæcam: quod non sufficit.

Secundæ autem propositionis censura erat sequens: „*Hæc positio, prout jacet, captiosa est, & piarum aurium offensiva, propter duos eosque oppositos sensus, quos admittere potest, quippe quæ uno modo sumpta, nempe de necessitate voluntatis consequente, Catholicum, altero modo accepta, scilicet de necessitate voluntatis antecedente, hæreticum sensum reddit, quæ æquivocatio in omni doctrinâ summopere fugienda est, maxime verò, ubi agitur de libertate actionis humanæ, quam summi Pontifices, & novissime Innocentius Decimus ab omni necessitatis vinculo semper vindicarunt.*”

Die

Die ergo prima Octobris omnes Remensis Ecclesie Præpositi hanc suæ Sæc. XVII.
A. C. 1653.
 Universitatis censuram Parisios ad Facultatem Theologicam transmisere, ut ejusdem Doctores tam super præfatas propositiones, quam earum censuras suam pronuntiarent sententiam: quindecim igitur Sorbonici Doctores die decima septima Decembris appposito suo chirographo testati fuere, quod dictæ propositiones merito a Remensi Theologie Facultate fuerint damnatæ & convenientibus censuris affectæ: Hallierus vero S. Theologie Doctor & Professor regius insuper hæc addidit: „Ego „subsignatus sententiæ Doctorum Remensium subscribo, insuperque cum „summo Pontifice Innocentio decimo „prædictam Positionem intellectam de „libertate electiva, seu quæ ad meritum & demeritum requiritur (quæ „sola proprie dicta libertas censi & „nominari solet) hæreticam expresse „declaro, & SS. Augustino, & Thomæ „injuriosam. Ita censeo.”

§. XXVII.

Senonensis Archiepiscopi epistola Pastoralis circa S. Augustini doctrinam.

F 5

Post-